

Raptim *Vitenbergae* 4<sup>ta</sup> post Cantate 1539. Saluta amicissimum, charissimum virum m. *Vitum Theodorum*, donum Dei patriae datum.

Clarissimo viro d. *Vincilao Linco*, theologiae doctori, amico veteri et charissimo. *Iustus Jonas*.

In: „Sacra superioris aevi analecta, in quibus variorum ad Venceslaum Linicum epistolae,“ herausgegeben von M. Albertus Meno Verpoortennius. Coburgi 1708. S. 86 – 89.

## 424. Jonas an Wencesl. Link.

1539. Mai 9.

Entschuldigt Luther, dass er ihm nicht schreiben kann.

Gratiam et pacem Dei in Christo. Apud d. *Wolfgangum Stromerum* d. doctor *Martinus* graviter questus est, quod quum ad me dederis nuper literas humanissimas et hilares, se amicum veterem asperrimo epistolio<sup>1</sup> ob intermissum literarum officium obiurgaveris. Verum ab eo die d. doctor dicit te tam tetricum factum, quo factus es magister ceremoniarum papae. Sed ignosce nugis. *Lutherus* miratur, quod se irritare ausus sis obiurgatrice epistola, quem alii, modo ipse sileat, facile patiuntur quiescere. D. doctor sprach: „Doctor *Vincilaus* ist wohl meiner liebsten freund einer auf erden, ich kan ihm aber nicht so offt schreiben, als ich gern wolt. Verum si illi mecum rixari libet, arripiam ceremoniarum non aliter atque ipsum papam; pro epistola, quam asperiorem mihi scripsit, facile eum remunerabor.“ De statu rerum nostrarum et maxime de conventu *Francofordensi* audies ex d. *Stromero*. Iam impedior negotiis. Vale in Christo. Datae raptim *Vitenbergae*, 6<sup>ta</sup> post Cantate 1539.

Verpoorten, Analecta S. 89. 90.

c. Von der Meissnischen Visitation bis zur  
Berufung nach Halle.

1539 – 1541.

## 425. Jonas an Fürst Georg v. Anhalt.

1539. Mai 20.

Meldet, dass Luther zu Pfingsten mit dem Kurfürsten nach Leipzig reisen soll.

G. et p. Dei in Christo. Reverendissime in domino, illuss. princeps et domine. Ex secretario illuss. et rev. D. V. intelliget D. V., quae adhuc de negotiis pertinentibus ad ecclesiam *Misnicam* dixi, et brevi

<sup>1</sup> Das epistolium asperrimum Links an Luther ist wohl das von Verpoorten a. a. O. pg. 195 mitgeteilte: „S. Si valent quidpiam meae apud te preces, Martine charissime, rogo ne me deleas ex albo tuorum amicorum. Vix enim scio hominem in hoc mundo, in quem plus operae, fiduciae et amoris unquam collocaverim, praeter te.“